47 VAR. B

Q. B. V.

HISTORIA SVEOGOTHICA DEFICIENS Et RESTAURATA

EXERCITIO ACADEMICO
leviter expoſita.

Cujus
PARTEM PRIOREM
Cum conſenſu & approb. ampl. Facult. Phil. Acad. Aboenſis

Sub PRÆSIDIO
Viri Cl.

Mag. ALGOTHI A. SCARIN
Phil. Civ. & Hiſt. Prof. R. & Ord.

Publico bonorum examini ſubmittit
Die VI. Novemb, MDCCXXXVI.

ERIC RENSTRÖM
Wexionia-Gothus.

ABOÆ, excud. Joh. Kiämpe, Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO

Reverendiſſimo

PATRI ac DOMINO,

Dn. GUSTAVO ADOLPHO HUMBLE,

S. S. Theol. DOCTORI conſummatiſſimo, Diœceſeos Wexionienſis EPISCOPO Eminentiſſimo, Rever. ibid. Senatus Eccleſiaſtici PRÆSIDI Graviſſimo, Gymn. & Schol. per Diœceſin EPHORO Adcuratiſſimo,

MÆCENATI MAXIMO.

INclite Mæcenas, *Gothicò decus addite clero,*
Gloria Parnaſſi, relligionis amor,
Suſcipias munus, quod fert mea parva Thalia,
Suſcipias placidus, Magne Patrone, *rogo.*

De-

Deficiens, *fateor*, *vile eſt* & *ponderis expers*,
Nil niſi defectum *parca Minerva dedit*:
Deficit *ingenium*, *deſunt qvoqve fata benigna*,
Deficit & *meritis pagina noſtra* TUIS.
Aſt animum ſpecta, *devotaqve pectora noſtra*,
Reſpice conatum, Maxime Myſta, *pium*.
Sic mea perpetuo gaudebit Calliopæa,
Et ſupplex ſemper congrua vota feret:
Ut TIBI, Mæcenas, *obtingat læta ſenecta*,
Ut vivas felix, portus & ara *bonis*.

REVERENDISSIMI PATRIS

Devotiſſimus cliens,
Eric Renſtröm

A
MONSIEUR
ADAM INGFLET,
CONSEILLER
au Parlement Royal d' Abo.

Es bienfaits, & les faveurs extraordinaires, dont il Vous *a plû,* Monſieur le Conſeiller, *m' honorer, pendant tout le tems, que j' ai eu l' honneur de demeurer, dans* Votre *noble maiſon, ne me permettent pas de laiſſer echaper l' occaſion, qui ſe preſente maitenant, Sans* Vous *aſſurer de mes tres humbles reſpects. C' eſt pourqvoi j' oſe* Vous *offrir ce petit ouvrage Academiqve, et mettre* Votre *celebre nom a la tête, tant pour* Vous *temoigner mes devoirs, et confeſſer devant tout le monde, que je ne ſuis pas ingrat, que pour acquerir a cette diſſertation de la ſplendeur et de la protection contre la mediſance et la calomnie des mechants. Je* Vous *ſupplie,* Monſieur, *de l' agréer, et de continuer* Vos *graces, et* vôtre *bienveillance toute particuliére envers moi. Le tout Puiſant daigne tojours* Vous *conſerver en bonne ſanté, et* Vous *accorder toutes les proſperités imaginables. Je me fais gloire d' etre avec beaucoup de veneration*

MONSIEUR
LE CONSEILLER,

Votre trés humble Servîteur
Eriqves Renſtröm.

Maxime Reverendo atqve Ampliſſimo Domino,

Dn: OLAVO OSANDRO,

S. S. Theol. Doctori celeberrimo, Diœceſeos Wexion. Archi-Præpoſito digniſſimo, Ven. Conſiſtorii Eccleſiaſtici Aſſeſſori primario, Templi Cathedralis Eccleſiæqve Bergundenſis Paſtori vigilantiſſimo, Patrono Optimo.

Admod. Reverendis atqve Præclariſſimis

D:nis MAGISTRIS,

Regii Gymn. Wexion. S. S. Theol. & Phil. Lectoribus Laudatiſſimis, Collegi Eccleſ. ADSESSORIBUS adcuratiſſimis, ut antea Præceptoribus fideliſſimis; ita nunc Promotoribus exoptatiſſimis.

ACcipite Patroni, Promotores & Benefactores, *optimi, hoc qvalecunq; ſpecimen academicum, arrhæ inſtar animi gratiſſimi, ob plurima, eaq; vere paterna beneficia, qvæ nullo non tempore, in me conferre dignati fuiſtis: Qvod una cum voto calidiſſimo pro Veſtra Veſtrorumqve perpetua felicitate ſacrum eſſe cupit,*

MAX. REV.

Adm. Rev. & Præclariſſ. Nominum Veſtrorum,

humillimus & obſervantiſſimus
cultor
Eric Renſtröm.

Pereximie atqve præſtantiſſime

Dn. RENSTRÖM/

Amice æſtumatiſſime

Hiſtoriarum in univerſum lectionem ſuis cultoribus miram afferre voluptatem utilitatemqve, ad unum omnes, qvotqvot vel leviter illam deguſtarunt, fatentur; nec ulla eſt ævo qvocunqꝫ dignitas inventa, negotium, ætas, qvæ non ab illa ſuum ſplendorem arceſſere deſiderat. Maxime tamen apud omnes æſtimationis pretiiqve, idqve ſummo & eminenti jure, habetur inveſtigatio Patriæ *annalium; cum ex illis de rebus Majorum noſtrorum informemur præclare geſtis, eorum exemplis, veluti gloriæ ſtimulis, ad æmulationem recte factorum invitemur. Sed qvo majora Patriæ antiqvitatum in omni vitæ genere elucent commoda, eo magis eorundem viceem doleo acerbiſſimam; qvod partim furore hoſtium, partim ignibus fortuitis, præcipue vero deſidia vecordiaqꝫ ignavorum hominum olim perierint & hodie quoqve pereant. Tuam itaqve amiciſſ. Dn.* Renſtröm *in natale ſolum laudo pietatem nunqvam intermorituram, qvi, notatis obelo defectibus, qvos in patria hiſtoria obſervaſti, anſam poſteritati præſentiqve ſeculo ſuppeditas amiſſa majorum noſtrorum decora conqvirendi & ad uſum revocandi. Optant una mecum pii cives, ut brevi altera eruditæ tuæ Diſſertationis pars, qvæ defectus reparandi artem tradit, eorum uſui & voluptati, qvi eodem, qvo Tu impetu feruntur in illas veteris ævi delicias, in lucem qvoqꝫ prodeat. Qvod reliqvum eſt, gratulor tibi, amice exoptatiſſime, eruditionē omnigenam, ingenii & induſtriæ theſauros prorſus ſingulares. Voveoqꝫ ut Deum O. M: ſtudiis Tuis, Patriæ honori dicatis ſua gratia perpetuo adſit; Tibiqꝫ ex voto omnium bonorum, qvæ virtus & doctrina tua meruerint præmia, largiri velit. Vale.*

CONRAD ÅKERHJELM.